- 100 & regnū eius, regnum sempiternū. ms. c. g. pro, & regnū eius, *quia* regnum. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

- 6 Princeps ariolorum, quem ego scio. ms. Hier. in commēt. g. pro, *quoniam* ego. sicut tamen Hier. habet.

- 24 forsitan ignoscet delictis. ms. h. g. pro, ignoscet *Deus* delictis. sicut Hier. tamen habet.

- 25 Omnia venerunt super. ms. c. pro, Omnia *hæc* venerunt. sicut tamen Hier. & g. habent.

- 27 Babylon magna. ms. c. g. pro, Babylon *ciuitas* magna. sicut Hier. tamen habet.

- 28 regnum *transit* à te. ms. c. pro, regnum *tuum* *transibit* à te. Hier. & g. habent quidē *transiit*: sed habent quoque, *tuum*.

- 29 & cum bestiis feris. ms. pro, & feris. sicut tamē Hier. habet. c. & g. habent, & cum bestiis *agrestibus*, seu, *agri*.

- 30 Et vngues eius quasi auium. ms. c. g. pro, quasi *ungues* auium, sicut Hier. tamen habet.

- 34 & via eius iudicia. ms. Hi. c. g. pro, omnes *viæ*.

CAP. 5.

- 8 nec interpretationem indicare regi. ms. Hier. g. pro, nec interpretationem *eius* indicare.

- 12 Intelligentiaque, interpretatio. ms. pro, & interpretatio. sicut Hier. tamen habet. c. habent, & intellectus interpretans. g. coniectura cognoscens.

CAP. 6.

- 7 Principes regni, magistratus. ms. c. pro, regni *tui*. sicut tamen Hier. & g. habent.

- 27 de manu leonum. ms. c. pro, de *lacu* leonum. sicut Hier. tamen habet. g. habent, ex *ore* leonum.

CAP. 8.

- 14 & mane, duo milia. ms. h. pro, & mane, *dies* duo milia. sicut tamen Hier. & g. habent.

- 16 fac intelligere *istum* visionē. ms. h. g. pro, *istam*. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 9.

- 3 Ad Dominum Deum, rogare. ms. Hier. h. g. pro, Deum *meum*, rogare.

- 20 Et prosternerem preces. ms. h. g. pro, *ut* prosternerem preces. sicut Hieronym. tamen habet.

- 21 in oratione, ecce vir. ms. Hier. h. g. pro, in oratione *mea*, ecce,

- 23 Tu ergo animaduerte. ms. Hier. pro, *autem*. h. & g. habent, &.

- 24 Impletur visio, & prophetes. ms. h. pro, *propheta*. sicut Hier. & g. tamen habent.

CAP. 10.

- 1 Anno tertio Cyri. ms. Hieron. h. g. pro, Anno tertio *regni* Cyri.

- 17 Nihil in me remāsit. ms. pro, nihil *enim* in me. sicut Hier. tamen habet. h. & g. habent, Et ego ex tunc &c.

- 20 Cū ergo egrederer. ms. pro, Cū *enim* egredere. h. & g. habent, & ego egrediens.

CAP. 11.

- 14 Et in temporibus illis. ms. Hieron. h. g. pro, In temporibus illis.

- 45 inter maria. ms. h. g. pro, inter *duo* maria. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 12.

- 2 alij in vitam æternam: & alij. ms. Hier. h. g. pro, alij in vitam æternam, alij.

- 13 Tu autem vade ad. ms. h. pro, Tu autem *Daniel* vade. sicut tamen Hier. & g. habent.

CAP. 13.

- 15 Factum est ergo, cū. ms. pro, *autem*. sicut tamē Hier. habet. g. habent, Et factum est.

- 23 in manus *vestras*, quā peccare. ms. Hier. g. pro, in manus *hominum*, quā.

- 39 & *apertis ostiis* exiit. ms. Hier. pro, & *aperto ostio* exiit. g. habent, & *aperiens ostia* ex.

- 45 Suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri. ms. Hier. g. pro, spiritum pueri.

- 56 iussit venire alterū. ms. g. pro, *alium*. sicut Hier. habet.

- 62 aduersus proximum. ms. Hier. g. pro, *proximum*.

CAP. 14.

- 10 Ecce nos egredimur foras. ms. g. pro, egredimur foras. sicut Hier. tamen habet.

- 12 *Contemebant* autem. ms. Hier. g. pro, *Confidebant* autem.

- 20 Tunc apprehendit sacerdotes. ms. g. pro, Tunc apprehendit *rex* sacerd. sicut Hier. tamen habet.

- 24 Dixitque Daniel, Dominū Deum. ms. g. pro, *Daniel regi*, Dominum. sicut Hier. tamen habet.

- 24 Quia ipse est Deus viuens. Tu autē rex. ms. g. pro, quia ipse est Deus viuens: *iste autē non est Deus viuens*. Tu autē. sicut Hier. tamen habet.

- 26 Et dixit, Ecce. ms. g. pro, Et dixit *Daniel*, Ecce. sicut Hier. tamen habet.

- 36 Daniel, tolle prandium, quod. ms. g. pro, *Daniel serue Dei*, tolle. sicut Hier. tamē habet.

- 37 Recordatus es enim mei. ms. g. pro, es mei. sicut Hier. tamen habet.

- 37 Et non dereliquisti *quarentes* te. ms. pro, *diligentes* te. sicut Hieron. tamen habet. g. habent, *exquirentes*.

- 39 Et ecce Daniel sedens, & exclamauit. ms. g. sedens

sedens in medio leonum. Et sicut Hieron. tamen habet.
40 Et extraxit eum. Porro illos. ms. g. pro, eum de lacu leonum. Porro. sicut Hier. tamē habet.

IN OSEE.

CAP. I.

2 Principium loquēdi Domini. ms. Hier. pro, Domino. n. habet, Principio locutus est Dominus. g. & c. Principium verbi Domini.

2 Et filios fornicationum. ms. Hier. n. pro, fornicationis. sicut g. tamen habent.

CAP. 3.

1 Adhuc vade, dilige. ms. Hier. n. pro, & dilige. sicut g. tamen habent.

CAP. 5.

1 Et rete expansum. ms. Hier. n. pro, Et sicut rete. sicut tamen g. & c. habent.

CAP. 6.

5 dolavi in prophetis, occidi. ms. h. g. pro, & occidi. sicut Hier. tamen habet.

6 Plus quam holocausta. ms. Hier. h. g. c. pro, holocaustum.

CAP. 7.

5 die regis nostri. ms. c. pro, dies. sicut tamē habet Hier. & g. n. utroque modo possunt verti.

12 Rete meū, quasi. ms. Hier. h. g. c. pro, & quasi.

CAP. 8.

2 Me innocabant. ms. pro, innocabunt. sicut tamen Hier. h. & g. habent. c. habent, orant.

4 Argentum suū & aurum suum. ms. Hier. h. g. c. pro, Aurum suum & argentum suum.

9 dederunt amatoribus. Sed & cum. ms. Hier. n. pro, amatoribus suis. Sed.

CAP. 9.

7 Et multitudo amentie. ms. pro, multitudinem. sicut Hier. tamen habet. g. habent, multiplicata est amentia.

CAP. 10.

12 Seminate vobis iustitiam. ms. pro, in iustitia. sicut tamen Hier. & g. habent. n. habent, ad iustitiam. c. agite vobis opera bona.

13 In vis tuis, in multitudine. ms. Hier. h. g. c. pro, & in multitudine.

CAP. 11.

1 Pertransit rex. ms. pro, pertransit. sicut Hier. tamen habet. n. habent, succisus est. g. proiectus est. c. probro affectus est.

12 Et cum sanctis, fidelis. ms. Hier. n. pro, fidelibus.

CAP. 12.

11 Si in Galaad idolum. ms. c. pro, Si Galaad. sicut tamen Hier. & n. habent.

IN IOELE.

CAP. I.

2 Audite hoc senes. ms. Hier. h. c. pro, hae. sicut g. tamen habent.

6 Gens enim ascendit super. ms. Hier. h. g. c. pro, ascendet.

CAP. 2.

19 Et replebimini eo. ms. Hier. h. c. pro, in eis. g. habent, eis.

20 Et extremum eius ad mare. ms. Hier. h. g. c. pro, eius vsque ad mare.

CAP. 3.

3 In prostibulum. ms. pro, in prostibulo. sicut Hier. tamen habet.

9 Clamate hoc in. ms. h. c. pro, hae. sicut tamen Hier. & g. habent.

21 Sanguinem eorum, quem non. ms. Hier. pro, quos non. h. g. c. non ponunt relatiuum.

IN AMOS.

CAP. I.

6 Non conuertam eam. ms. pro, eum. sicut tamen n. habent. Hier. & g. habent, eos.

9 Non conuertam eam. ms. g. pro, eum. sicut tamē Hier. & n. habent.

10 Et immittam ignem. ms. Hier. c. pro, mittam. sicut n. tamen habent. g. habent, emittam.

14 In muro Rabba. ms. h. g. c. pro, Rabbath. Hier. habet, in muro Rabba.

CAP. 2.

10 duxi vos in deserto. ms. Hi. h. c. g. pro, in desertū.

VARIÆ LECTIONES

CAP. 3.

12 Et in Damasco grabati. ms. pro, Et in Damasci grabato. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

5 Et de fermentato laudem. ms. pro, fermento. sicut tamen Hier. & n. habent.

CAP. 5.

8 Et diem nocte mutantem. ms. Hier. pro, Et diē in nocte. g. habent, Et diem in noctem obsecrans, quibus fauent n. & c.

26 Sydus Dei vestri, que fecistis vobis. ms. Hier. h. c. pro, Sydus Dei vestri Remphan, figurat quas fecistis. sicut g. tamen habent.

CAP. 6.

1 Vx qui opulenti estis. ms. Hier. h. g. c. pro, vx vobis qui.

2 Et ad optima quaque. ms. Hier. pro, quoque.

CAP. 8.

7 In superbia Iacob. ms. h. pro, in superbiam Iacob. sicut Hier. tamen habet. g. habent, per superbiam Iacob.

CAP. 9.

1 Nō erit fuga eis qui fugient, & qui fugerit. ms. h. g. c. pro, Non erit fuga eis, & qui fugerit.

5 Et tabescet. ms. pro, tabescit. sicut Hier. tamen habet. g. habent, Et commouet eam.

IN PROPHEZIA

A B D I Æ

3 Qui dicit in corde suo. ms. h. c. Hier. (licet textus aliter habeat.) pro, Qui dicit in corde tuo. sicut g. tamen habent.

11 Cū stares aduersus, quando. ms. h. c. g. pro, aduersus eum. sicut Hier. tamen habent.

15 Retributionem tuam conuertet. ms. Hier. pro, conuertam. h. g. c. habent, conuertetur.

16 Quomodo enim bibisti. ms. h. c. pro, bibisti. sicut tamen g. & Hier. habent.

20 Omnia Chananeorum. ms. Hier. h. g. c. pro, Omnia loca Chananeorum.

IN IONA.

CAP. I.

10 Quia indicauerat eis. Et dixerunt. ms. Hier. h. g. c. pro, eis Ionas. Et dixerunt.

11 & intumescerat. Et dixit. ms. Hier. h. g. c. pro, & intumescerat super eos. Et dixit.

12 Grandis super vos. ms. h. pro, grandis venit super vos. Hier. & g. habent, est.

CAP. 3.

5 Et crediderūt viri Niniuite in Deum. ms. Hier. pro, in Deo. sicut n. tamen habent. g. habent, Et crediderunt viri Niniue Deo. c. in verbo Domini.

10 Super malitia, quam. ms. Hier. g. pro, super malitiam. n. habent, super malo. c. a malo.

IN MICHEA.

CAP. I.

3 Dominus egreditur. ms. h. g. c. pro, egredietur. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

13 Diuident & transibūt. ms. Hier. pro, diuidet. n. habent, effregerunt. g. diuiserunt.

CAP. 4.

6 Et quam affixeram. ms. Hier. h. g. c. pro, quam affixeram.

8 Nebulosa, filie Syon. ms. Hier. pro, filia.

CAP. 5.

9 Exaltabitur manus tua. ms. Hier. h. g. c. pro, & exaltabitur.

CAP. 6.

5 Quid cogitauerit Balac. ms. h. c. pro, quid cogitauerit contra te Balac. sicut Hier. & g. tamen habent.

9 Timentibus nomen tuum. ms. Hier. h. pro, eius. sicut g. tamen habent.

16 Et ambulasti in voluntatibus eorum. ms. Hier. pro, voluptatibus. n. & g. habent. & ambulasti in consiliis eorum. c. & ambulasti in legitimis eorum.

CAP. 7.

6 Et filia consurgit. ms. Hier. h. c. pro, consurget. sicut g. tamē habet. Sed h. g. c. nō legit, &

15 Secundum dies egressionis tuę. ms. Hier. h. g. c. pro, diem.

IN NAHV M.

CAP. I.

11 Ex te exhibit cogitans. ms. h. g. c. pro, Ex te enim exhibit. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

4 In itineribus conturbatae sunt. ms. pro, conturbati sunt. sicut Hier. tamen habet.

13 Quadrigas eius. ms. h. Hier. pro, tuas. sicut tamen g. & c. habent.

CAP. 3.

5 Et ostendam gentibus nuditatem tuam. ms. Hier. h. g. c. pro, in gentibus.

15 Congregare vt bruchus. ms. h. g. c. pro, congregare ergo vt. sicut Hier. tamen habet.

IN HABACVC.

CAP. I.

17 Interficere gentes non parces. ms. h. g. pro, nō cessat. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 3.

3 de monte Pharan. Semper. Operuit. ms. Hier. pro, Pharan. Operuit. n. habent, sela. g. dista psalma.

8 indignatio tua? quia ascendes super. ms. h. pro, qui ascendis. Hier. habet, qui ascendes. g. ascensus.

12 Conculcabis terram, in furore. ms. Hier. h. c. pro, & in furore. sicut g. tamen habent.

16 Ad vocem contremuerunt. ms. Hier. h. pro, A voce. sicut g. tamen habent.

IN SOPHONIA.

CAP. 2.

3 Qui iudicium. ms. Hier. h. c. pro, Quia iudiciū. 10 Hoc eis eueniet pro superbia sua. ms. Hier. pro, euenit.

CAP. 3.

9 Vt innocet omnes in nomine Domini. ms. h. c. pro, vt innocet omnes nomen Domini. sicut tamen Hier. & g. habent.

17 Silebit in dilectione tua, exultabit. ms. Hier. h. c. pro, tua, & exultabit. sicut g. tamen habent.

IN AGGÆO.

CAP. I.

4 In domibus vestris laqueatis. ms. h. pro, in domibus laqueatis. sicut Hieron. & g. tamen habent.

IN ZACHARIA.

CAP. I.

12 Iste septuagesimus annus est. ms. Hier. g. pro, Iste iam septuagesimus.

CAP. 3.

1 Et ostēdit mihi Iesum. ms. Hier. h. c. pro, mihi Dominus Iesum. sicut g. tamen habent.

CAP. 4.

2 Et septē, et septem infusoria lucernis. ms. Hier. h. pro, Et septem infusoria. g. habent, Et septem fusoria lucernarum, septem lucernis.

CAP. 5.

2 Et dixi, Ego video. ms. Hier. h. g. c. pro, Et dixi, Ecce ego video.

CAP. 6.

2 Et in quadriga secunda, equi nigri, & in. ms. h. g. c. pro, In quadriga secūda, equi nigri, in. Hier. prius, &, omittit.

3 Equi varij, fortes. ms. h. pro, & fortes. sicut tamen Hier. & g. habent.

7 Ite, perambulate terram. ms. h. pro, Ite, & perambulate. sicut tamen Hier. & g. habent.

CAP. 7.

2 Et viri qui erant cum eo. ms. Hieron. h. g. pro, cum eis.

12 In spiritu suo per manum. ms. Hier. h. g. c. pro, in spiritu suo sancto, per manum.

CAP. 9.

9 Super asinum, & super. ms. h. c. pro, super asinam. sicut Hier. tamen habet. g. habent, super subiugalem.

CAP. 10.

2 Locuti sunt frustra, vanè, ms. h. g. Hier. pro, & vanè.

CAP. 12.

6 Et sicut facem ignis in fœno. ms. Hier. h. g. c. pro, faciem ignis in fœno.

CAP. 13.

4 Cùm prophetauerit. ms. Hier. h. g. c. pro, prophetauerint.

8 Partes duæ in ea disperdentur. ms. h. g. c. pro, dispergentur.

9 Exaudiam eum, dicam. ms. Hier. h. c. pro, & dicam, sicut g. tamen habent.

CAP. 14.

1 Ecce dies Domini venit. ms. h. pro, venies. Hier. & g. habent veniunt.

1 Et diuident spolia. ms. c. pro, diuidentur, sicut tamen Hier. & g. habent. h. habent, diuidetur spoliolum tuum.

10 Et habitabu in loco suo. ms. Hier. h. pro, habitabitur. g. habent, permanebit.

10 Ad locum portæ prioris, vsque ad. ms. Hier. h. pro, & vsque ad, sicut tamen g.

IN MALACHIA.

CAP. I.

3 In desertum draconis. ms. pro, in dracones deferti, sicut Hier. tamen habet. g. habent, in domos deferti. c. in vastationem deferti. h. in dracones deferti, vel draconibus deferti.

CAP. 2.

12 De tabernaculis Iacob. ms. Hier. h. g. pro, de tabernaculo.

CAP. 3.

5 Mercedem mercenarij, viduas & pupillos. ms. Hier. h. c. pro, mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos. g. habet, & qui opprimunt per potentiam viduas, & percutiunt pupillos.

8 In quo confiximus te. ms. h. g. c. pro, confiximus, sicut Hier. tamen habet.

IN LIBRIS MACHABÆORVM.

LIBRI PRIMI MACHAB.

CAP. I.

7 A iuuentute : & dimisit. ms. g. pro, a iuuentute sua : & dimisit.

11 Radix peccatrix Antiochus. ms. g. pro, peccati.

67 Super populum valde. ms. pro, super populum Israel valde. g. habent, super Israel valde.

CAP. 2.

30 Quoniam induauerunt super eos mala. ms. pro, mundauerunt. g. habent, multiplicata sunt.

42 Synagoga Asidaorum, Fortis. ms. g. pro, Iudaorum.

64 Viriliter agite in lege : quia in ipsa gloriosi eritis. ms. g. pro, viriliter agite in lege : quia cùm feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à Domino Deo vestro, in ipsa gloriosi eritis.

CAP. 3.

16 Exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. ms. g. pro, illis.

CAP. 5.

67 Dum vult fortiter facere, dum sine consilio exit in prælium. ms. g. pro, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium.

CAP. 6.

46 Et iuit sub elephantum, & ms. g. pro, sub pedes elephantis, &.

56 Reuersus esset. ms. pro, reuersus est.

CAP. 7.

7 Quod fecit nobis & regionibus regis. ms. g. pro, nobis in regionibus.

8 Et misit eum. Et Alcimum. ms. g. pro, & misit eum, vt videret exterminium quod fecit Iudas. Sed & Alcimum.

CAP. 9.

61 Qui principes erant malitia. ms. g. pro, miltia.

CAP. 10.

38 Nisi summi Sacerdotis. ms. g. pro, nisi summo Sacerdoti.

40 Et ego do singulis annis. ms. g. pro, dabo.

47 Et complacuit eis in Alexandro. ms. g. pro, in Alexandrum.

CAP. 11.

19 Anno centesimo sexagesimo septimo. ms. g. pro, anno centesimo septuagesimo septimo.

CAP. 12.

16 Numenium Antiochi, & Antipatre Iasonis, & misimus. ms. g. pro, Neumenium Antiochi filium, & Antipatrem Iasonis filium, & misimus.

19 Quod miserat Onias. Rex Spartiarum Onias Ionathæ sacerdoti. ms. pro, misit. g. sic habent, Quas miserunt, Oniades rex Spartiarum Oniæ sacerdoti.

30 Transferant enim flumen. ms. pro, transferunt. g. habent aoristum.

CAP. 13.

46 Sed secundum misericordias tuas. Et flexus Simon. ms. g. pro, sed secundum misericordias tuas, & seruiem tibi. Et flexus, & c.

51 Et ramis palmarum, & cinnuris, & cymbalis. ms. g. pro, & ramis palmarum, & citharis, & cinnuris, & cymbalis.

54 Quod vir esset. ms. g. pro, quod fortis praliij vir esset.

CAP. 14.

31 Calcare & atterere. ms. g. pro, calcare sancta, & atterere.

31 Et extendere manus in sancta eorum. ms. g. pro, in sancta sanctorum.

35 Eo quod ipse fecerat hæc omnia. ms. pro, fecerit.

CAP. 15.

24 Principi Sacerdotum Antiochus. ms. g. pro, Principi sacerdotum, & populo Iudaorum. Antiochus.

CAP. 16.

1 Quæ fecit Cendebæus. Et vocauit. ms. g. pro, Cendebæus in populo ipsorum. Et vocauit.

SECUNDI MACHABÆORVM LIBRI

CAP. I.

12 Contra sanctam ciuitatem. ms. g. pro, contra nos & sanctam ciuitatem.

14 Et vt acciperent pecunias. ms. pro, acciperet. g. habent, gratia accipiendi pecunias.

CAP. 2.

10 Et consumpsit holocaustum. Et dixit Moyses. ms. pro, & consumpsit holocaustum : sicut & Salomon orauit, & ascendu ignis de celo, & consumpsit holocaustum. Et dixit Moyses, sicut g. tamen habent, nisi quod posteriora verba paulò aliter habeant, hoc videlicet modo, & descendens ignis consumpsit holocausta.

14 Ea quæ deciderant per bellum. ms. g. pro, didicerat.

23 Et vt leges. ms. g. pro, Vt leges.

CAP. 3.

1 Propter Oniæ pontificis pietatem. ms. g. pro, Pontificis dispositionem & pietatem.

13 Dicebat omni regie deferenda. ms. pro, dicebat omni genere regis ea esse deferenda. g. habent, omnino dicebat in regum referenda hæc esse.

36 Viderat opera magni Dei. ms. pro, magna : g. habent, maximi Dei.

CAP. 4.

19 Non oporteret, in alios sumptus. ms. pro, sed in alios. In g. hæc non habentur.

CAP. 5.

26 Omnesque qui ad spectaculum. ms. g. pro, omnesque simul qui ad spectaculum.

CAP. 7.

28 Peto à te nate, vt aspicias. ms. pro, peto nate. g. habent, peto te nate.

CAP. 8.

1 Et conuocantes cognatos, & eos qui. ms. g. pro, cognatos & amicos, & eos qui.

CAP. 10.

17 Et omnes simul, non minus viginti milibus. ms. g. pro, non minus viginti quinque milibus.

CAP. 11.

18 Et quæ res permittebant, concessit. ms. g. pro, conserpsi.

CAP. 12.

2 Demophon, super hos & Nicanor. ms. g. Demophon superbus & Nicanor.

16 Sanguine infectum fluere videretur. ms. pro, intersectorum. g. habent, fluens sanguine impletum videretur.

43 Offerre pro peccato sacrificium. ms. g. pro, offerre pro peccatis mortuorum sacrificium.

CAP. 14.

9 Sed his singulis, ô Rex, cognitis. ms. g. pro, sed oro his, & c.

13 Vt ipsum quidem Iudam caperet : eos verò. ms. pro, caperet vinum : eos verò. g. habent, ipsum quidem Iudam auferri.

19 Et Matthiam, vt darent. ms. g. pro, & vt darent.

21 Et à singulis fellæ. ms. g. pro, & singulis fellæ.

C V A R I A E

VARIARUM LECTIONES IN NOVO
TESTAMENTO AD TEXTVM GRÆCVM
ET SYRIACVM EXPENSÆ.

LECTORI.

NOVVM Testamentum horum Bibliorum regionum multas habet varias lectiones in margine iuxta vulgaram editionem Latinam notatas, quas si quando veriores existimabamus, inter has quoque lectiones varias posuimus: quod si quasdam ut plerasque in his nostris non reperias, existima id factum esse, quod lectio in ipso contextu posita propius accedat ad textum Græcum aut Syriacum, quam que in margine collocata est. id enim fere vbiq; observatum inuenies, quod minus probata lectio ad marginem reiecta sit.

IN EVANGELIO MATTHÆI,

- CAP. 2.
6 Dux qui reget. MS. pro, regat.
14 Qui surgens accepit. MS. pro, consurgens.
- CAP. 3.
9 Quoniam potest Deus. MS. pro, potens est Deus.
10 Non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur. MS. G. S. pro, excidetur, mittitur.
12 Congregabit triticum ~~sum~~ in horreum. MS. G. pro, triticum in horreum.
- CAP. 4.
10 Vade post me sathana. MS. al. retro me. Syri neutrum habent, similiter multa Græca & Latina MS. ut possit videri aliunde insertum.
- CAP. 5.
41 Vade cum illo duo. MS. G. S. pro, alia duo.
- CAP. 6.
22 Lucerna corporis est oculus. MS. G. S. pro, corporis tui est oculus tuus.
- CAP. 7.
12 Ita & vos facite illis. MS. G. S. pro, & vos facite illis.
- CAP. 8.
13 Et sanatus est puer in illa hora. MS. G. S. pro, ex illa hora.
- CAP. 9.
18 Vnus accessit & adoravit eum. MS. pro, adorabat eum.
18 Dicens, Filia mea modò defuncta est. MS. G. S. pro, Dicens, Domine, filia mea modò.
23 Et turbam tumultuantem, dixit ad eos. MS. G. S. pro, dicebat, Recedite, &c.
38 Ut eiciat operarios in messem suam. MS. G. S. pro, mittat.
- CAP. 10.
26 Nihil est enim opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non scietur. MS. G. pro, reueletur, scietur.
- CAP. 11.
12 Et violenti diripiunt illud. MS. G. pro, rapiunt.
- CAP. 13.
8 Et dabant fructum, aliud centum, aliud sexaginta, aliud triginta. MS. G. S. pro, centesimum, sexagesimum, trigesimalum.
- CAP. 14.
14 In eis prophetia Isaiæ, dicens. MS. G. pro, dicentis.
- CAP. 15.
47 Ex omni genere congreganti. MS. G. S. pro, genere piscium congreganti.
- CAP. 15.
9 Docentes doctrinas, madata hominum. MS. G. S. pro, doctrinas & mandata.
- CAP. 16.
3 Rutilat enim triste cælum. Hypocrita, faciem ergo cæli, &c. MS. G. S. pro, triste cælum. Faciem ergo.
19 Erit solutum in cælis. MS. G. S. pro, solutum & in cælis.
- CAP. 17.
1 Et subducit illos in montem. MS. G. pro, & ducit illos.

- CAP. 19.
4 Quia qui fecit ab initio, masculum. MS. G. S. pro, qui fecit hominem ab initio, masculum, &c.
- CAP. 20.
4 Ite & vos in vineam, & quod iustum. MS. G. S. pro, vineam meam. Idem v. 7.
- CAP. 21.
37 Verebuntur filium meum. MS. G. S. pro, forte verebuntur.
- CAP. 22.
30 Sed sicut angeli Dei. MS. G. S. pro, erunt sicut, &c.
- CAP. 23.
25 Intus autem plena sunt rapina. MS. G. S. pro, pleni estis.
37 Pullos suos sub alis, & nolulistis. MS. G. S. pro, nolulistis.
- CAP. 24.
34 Donec omnia hæc fiant. MS. pro, ista.
- CAP. 26.
11 Me autem non semper habebitis. MS. G. pro, habebitis.
14 De duodecim, qui dicitur Iudas. MS. G. pro, dicebatur.
24 Per quem Filius hominis traditur. MS. G. S. pro, tradetur.
71 Vidit eum alia: & ait his. MS. G. S. pro, alia ancilla.
- CAP. 28.
6 Venite, videte locum. MS. G. S. pro, venite & videte.

IN EVANGELIO MARCI.

- CAP. 2.
1 Intrauit Caphernaum post dies, & auditum est. MS. G. S. pro, post dies octo.
2 Et confestim conuenerunt multi. MS. C. pro, & conuenerunt.
9 Dimittuntur tibi peccata, an dicere. MS. G. pro, peccata tua.
15 Multi qui & sequebantur eum. MS. G. S. pro, qui sequebantur.
24 Ecce quid faciunt Sabbathis, quod non licet. MS. G. S. pro, quid faciunt discipuli tui Sabbathis.
26 Non licebat manducare nisi Sacerdotibus. MS. G. S. pro, solum Sacerdotibus.
26 Et dedit eis & qui cum eo erant. MS. S. pro, & dedit eis qui cum eo erant.
- CAP. 3.
9 Et dixit discipulis suis. MS. G. S. pro, dixit Iesu.
9 Dixit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruaret propter turbam. MS. pro, ut in nauicula sibi deseruirent.
29 In Spiritum sanctum, non habebit remissionem. MS. pro, habet.
- CAP. 4.
32 Et cum seminatum fuerit: MS. G. S. pro, na-

sum fuerit.
32 Ascendit, & fit maius omnibus. MS. G. S. pro, ascendit in arborem.

CAP. 5.
7 Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei summi? adiuro. MS. pro, altissimi.
35 Veniunt ab Archisynagogo, dicentes. MS. G. quædam tamen legunt, ab Archisynagoga f. domo. s. è domo principis Synagoga. pro, veniunt ad Archisynagogum, dicentes.

CAP. 6.
21 Herodes in nataliis suis cenam fecit. MS. quædam, al. in natali suo, al. natali suo. G. natalibus suis. s. in domo natiuitatis sue, pro, natalis sui cenam fecit.

CAP. 7.
6 Cor autem eorum longè abest à me. MS. G. S. pro, est à me.

CAP. 8.
28 Dicentes Ioannem Baptistam. MS. G. S. pro, dicentes alij Ioannem.

CAP. 10.
17 Cum egressus esset in viam. MS. G. pro, in via.

CAP. 10.
17 Rogabat eum, Magister bone. MS. G. pro, Rogabat eum dicens, Magister.

CAP. 10.
40 Non est meum dare, sed quibus paratum est. MS. G. S. pro, non est meum dare vobis, sed quibus.

CAP. 12.
29 Dominus Deus noster, Dominus vnus est. MS. G. S. pro, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

CAP. 14.
2 Ne forte tumultus fieret populi. MS. G. pro, in populo.

CAP. 14.
20 Qui intingit mecum in catinum. MS. G. pro, Qui intingit mecum manum in catino.

CAP. 14.
61 Tu es Christus filius benedicti. MS. G. S. pro, filius Dei benedicti.

CAP. 15.
29 Vah qui destruis templum, & in tribus diebus. MS. G. S. pro, qui destruis templum Dei, & in tribus diebus.

IN EVANGELIO LUCÆ.

CAP. 1.
29 Quæ cum vidisset, turbata est. MS. G. S. pro, audisset.

CAP. 1.
68 Fecit redemptionem plebi sue. MS. G. pro, plebi sue.

CAP. 2.
18 Et omnes qui audierunt, mirati sunt. MS. pro, audierunt.

CAP. 2.
18 Mirati sunt de his quæ dicta erant. MS. G. S. pro, mirati sunt & de his.

CAP. 2.
38 Expectabant redemptionem in Ierusalem. MS. G. S. pro, Israel.

CAP. 3.
9 Exciditur, & in ignem mittitur. MS. G. S. pro,

- pro, excidetur, mittetur.*
CAP. 4.
7 Tu ergo si adoraueris coram me. *MS. G. S. pro, si prociens adoraueris.*
CAP. 6.
9 Interrogabo vos, si licet Sabbathis. *MS. G. S. pro, interrogo vos.*
11 Quidnam facerent Iesu. *MS. G. S. pro, de Iesu.*
CAP. 7.
37 Vt cognouit quod accubisset. *MS. pro, quod Iesus accubuit.*
CAP. 8.
13 Radices non habent, qui ad tempus credunt. *MS. G. pro, quia ad tempus credunt.*
38 Et rogabat illum. *MS. pro, rogauit illum.*
CAP. 9.
3 Tuleritis in viam. *G. S. pro, in via.*
4 Inde exeat. *MS. G. S. pro, inde ne exeat.*
57 Sequat te quocunque ieris Domine. Dixit. *MS. G. S. pro, quocunque ieris. Dixit.*
CAP. 10.
Exultauit in spiritu & dixit. *MS. G. exultauit spiritu.*
CAP. 11.
2 Regnum tuum. *fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra. panem. MS. G. S. pro, regnum tuum. panem nostrum.*
17 Regnum in seipsum diuisum. *MS. G. S. pro, in se.*
17 desolatur, & domus. *MS. G. pro, desolabitur.*
17 Domus supra domum cadit. *MS. G. pro, cadet.*
22 Arma eius aufert. *MS. G. S. pro, auferet.*
22 Spolia eius distribuit. *MS. G. S. pro, distribuet.*
25 Inuenit scopis mundatam. *MS. G. pro, eam scopis mundatam.*
26 Septem alios spiritus nequiores se. *MS. G. S. pro, spiritus secum nequiores.*
CAP. 12.
1 Turbis autem circumstantibus, ita. *MS. pro, concurrentibus.*
35 Lucernae ardentes, & vos. *MS. G. S. pro, ardentes in manibus vestris.*
40 Filius hominis venit. *MS. G. pro, veniet.*
42 Quem constituet Dominus. *MS. G. S. pro, constituit.*
47 Et non preparauit. *MS. G. pro, non se preparauit.*
51 Pacem veni dare in terra. *MS. G. pro, mittere in terram.*
CAP. 13.
15 Dixit: Hypocrita, vnusquisque. *MS. S. G. quaedam: pro, Hypocrita, vt quaedam G. etiam habent.*
CAP. 14.
29 Ne postea quam posuerit. *MS. pro, postquam.*
CAP. 17.
29 Plantabant, & edificabant. *MS. G. pro, plantabant & edificabant.*
CAP. 18.
30 In seculo venturo. *MS. G. S. pro, futuro.*
CAP. 19.
23 Cum vsuris vtique exegisset illam. *MS. G. S. pro, illud.*
37 Omnes turbe discipulorum gaudentes. *MS. quaedam, al. discipulorum, licet etiam G. & S. pro, descendentium.*
CAP. 20.
20 In sermone vt traderent. *MS. G. pro, &.*
35 Neque nubunt, neque ducunt vxores. *MS. G. S. pro, nubent neque ducunt.*
CAP. 21.
17 Eritis odio omnibus propter. *MS. G. S. pro, odio omnibus hominibus propter.*
CAP. 22.
22 Per quem traditur. *MS. G. S. pro, tradetur.*
26 Fiat sicut iunior. *MS. G. pro, minor.*
31 Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce. *MS. G. pro, Simoni: Simon.*
64 Et interrogabant eum dicentes. *MS. G. pro, interrogauerunt eum dicentes.*

- IN LATINIS BIBLIIS.
IN EVANGELIO IOANNIS.
CAP. I.
9 Hominem venientem in mundum. *MS. S. pro, in hunc mundum.*
29 Postera die videt Ioannes. *MS. G. S. pro, altera die vidit.*
31 Vt manifestetur Israeli. *MS. G. S. pro, in Israel.*
CAP. 2.
14 Vendentes boues & oves. *MS. G. S. pro, oves & boues.*
CAP. 3.
3 Nisi quis natus fuerit denuo. *MS. G. S. pro, renatus.*
4 In ventrem matris suae iterum introire. *MS. pro, iterato.*
4 Iterum introire & nasci. *MS. G. S. pro, renasci.*
20 Omnis enim qui mala agit. *MS. G. S. pro, male agit.*
22 Et illic demorabatur cum eis. *MS. pro, morabatur.*
33 Qui autem accepit eius testimonium. *MS. S. pro, qui accepit.*
CAP. 4.
21 Quia venit hora. *MS. G. S. pro, veniet.*
48 Non credetis. *MS. G. S. pro, non creditis.*
CAP. 5.
24 Sed transit a morte. *MS. G. S. pro, transiet.*
27 Dedit ei & iudicium. *MS. G. S. pro, dedit ei iudicium.*
CAP. 6.
13 Ex quinque panibus ordeaceis, quae superfuerant. *MS. G. S. pro, ordeaceis & duobus piscibus, quae superfuerunt.*
23 Manducauerant panem, gratias agente Domino. *MS. G. S. pro, gratias agentes Domino.*
41 Ego sum panis, qui de caelo descendi. *MS. G. S. pro, ego sum panis viuus, qui.*
CAP. 7.
1 Posthaec ambulabat. *MS. G. S. pro, posthaec autem ambulabat.*
1 In Galilea, non enim volebat in Iudaea ambulare. *MS. G. S. pro, in Galileam, Iudaeam.*
29 Ego scio ipsum, quia ab ipso sum. *MS. G. S. pro, ego scio eum, & si dixerio quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio, quia ab ipso sum.*
39 Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glor. *G. MS. quaedam, alia vero cum S. legunt, nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus, &c.*
39 Nondum fuerat glorificatus. *MS. G. pro, erat.*
CAP. 8.
12 Non ambulabit in tenebris. *MS. G. S. pro, ambulat.*
23 Principium quia & loquor vobis. *MS. G. August. pro, qui & loquor vobis.*
46 Quis ex vobis arguit me. *MS. G. pro, arguet.*
CAP. 10.
11 Ponit pro ouibus. *MS. G. S. pro, ponit pro ouibus suis.*
15 Pono pro ouibus. *MS. G. S. pro, pono pro ouibus meis.*
CAP. 11.
1 Quidam infirmus Lazarus. *MS. G. S. pro, languens.*
11 Posthoc dicit eis. *MS. G. pro, posthoc dicit eis.*
27 Filius Dei, qui in mundum venisti. *MS. pro, Dei viui, qui in hunc mundum venisti.*
48 Et tollent & nostrum. *MS. G. pro, tollent nostrum.*
49 Ex ipsis Caiphas, cum esset. *MS. G. pro, Caiphas nomine cum esset.*
56 Ad diem festum. *MS. S. pro, ad diem festum istum.*
CAP. 12.
7 Sine illam, vt in. *MS. G. S. pro, finite illam, vt in.*
8 Me autem non semper habetis, *MS. G. S. pro, habebitis.*

- CAP. 13.
5 Deinde mittit aquam. *MS. G. S. pro, misit.*
8 Non habes partem. *MS. G. S. pro, habebis.*
CAP. 14.
7 Amodo cognoscitis eum. *MS. G. S. pro, cognoscetis.*
CAP. 15.
2 Non ferentem fructum tollit. *MS. G. S. pro, tollet.*
6 Et colligunt eos. *MS. G. pro, colligent eum.*
6 Et in ignem mittunt & ardent. *MS. G. S. pro, mittent & ardet.*
27 Et vos testimonium perhibetis de me, quia. *MS. G. S. pro, perhibebitis de me.*
CAP. 16.
16 Modicum, & iam non videtis me. *MS. G. pro, videbitis, sicut tamen S. habent.*
22 Gaudium vestrum nemo tollit a vobis. *MS. G. pro, tollet.*
23 Me non rogabitis quicquam. *MS. pro, interrogabitur, quod tamen S. vox magis significat. Graeca vox ambigua est.*
CAP. 17.
5 Priusquam mundus esset apud te. *MS. G. pro, fieret.*
12 Quos dedisti mihi custodiui. *MS. G. pro, ego custodiui.*
18 Tu me misisti in mundum, & ego misi eos. *MS. G. S. pro, ita & ego.*
CAP. 18.
16 Exiit ergo discipulus ille alius. *MS. S. pro, discipulus alius.*
18 Quia frigus erat, & calefiebant. *MS. pro, calefaciebant se.*
CAP. 19.
27 Accepit eam discipulus in sua, plu. n. *MS. pro, suam. G. in propria, plu. n. S. apud se.*
CAP. 20.
12 Et videt duos angelos. *MS. G. S. pro, vidit.*
12 Vbi positum fuerat corpus Iesu. *MS. pro, erat corpus.*
25 Nisi videro in manibus eius figuram clauorum. *MS. G. pro, fixuram clauorum. S. legunt domum, seu locum clauorum.*
CAP. 21.
1 Posthaec manifestauit se iterum. *MS. G. pro, postea.*
12 Et nemo audebat discipulum interrogare eum. *MS. G. S. pro, discumbentium.*
14 Cum resurrexisset a mortuis. *MS. pro, surrexisset.*
18 Et ducet quod non vis. *MS. G. S. pro, quod tu non vis.*
22 Si etiam volo manere. *MS. G. S. Chrysostr. pro, Sic etiam volo manere. Hanc tamen lectionem habet commentarius D. Augustini in hunc locum, & citat Ambrosius in Psalm. 118. serm. 20. Quaedam MS. legunt, Si sic etiam volo manere. Idem v. 23.*
IN ACTIS APOSTOLORVM.
CAP. I.
15 Erat autem turba nominum simul. *MS. G. pro, hominum, sicut S. tamen habent.*
19 Lingua eorum Haceldama. *MS. G. pro, Haceldama. S. habent, Hacaldemo.*
20 Fiat commemoratio eius deserta. *MS. G. S. pro, commemoratio eorum deserta.*
CAP. 2.
22 Sicut & vos scitis. *MS. G. S. pro, sicut vos scitis.*
29 Quoniam & defunctus est. *MS. G. S. pro, quoniam defunctus est.*
CAP. 3.
24 Qui locuti sunt, &, (vel) etiam annunciauerunt.
C 2

uerunt. Ms. g. s. pro, locuti sunt, annu-
ciauerunt.

CAP. 4.

- 2 Et annūciarent in Iesu resurrectionem. Ms.
G. s. pro, in Iesum.
32 Erat cor & anima vna. Ms. G. pro, erat cor
vnum &, &c. sicut s. tamen habent.
33 Iesu Christi Domini & gratia. Ms. G. s. pro,
Domini nostri & gratia.

CAP. 5.

- 8 Dic mihi si tantū. Ms. G. s. pro, dic mihi mu-
lier si tantū.
15 Obumbraret quēquam illorum. Concur-
rēbat autem, &c. Ms. G. s. pro, quēquam
illorum, & liberarentur omnes ab infirmita-
tibus suis. Concurrēbat autem, &c.
34 Iussit pusillum foras. Apostolos secedere. Ms.
quādam; alia verō pro secedere, legunt ab-
duci. G. habent, Iussit foras pusillum quid
Apostolos facere. s. verō sic legunt: Iussit
ut illi abducerent Apostolos foras paululum
temporis, pro eo quod multi codices legūt,
Iussit foras ad breue homines fieri.
36 Et omnes quicumque credebant ei. Ms. G. pro,
& omnes qui credebant ei.
38 Et nunc dico vobis. Ms. G. pro, & nunc ita-
que dico vobis.
39 Poteritis dissoluere illud, ne fortē. Ms. G. s.
pro, dissoluere eos ne fortē.

CAP. 7.

- 6 Locutus est autem Deus. Ms. G. pro, locutus
est autem ei Deus.
14 Et omnem cognationem in animabus. Ms.
pro, cognationem suam in. sicut tamen G.
& s. habent.
34 Et nunc veni, mittam te in Ms. G. s. pro, veni
& mittam te in.
44 Tabernaculum testimonij fuit patribus no-
stris. Ms. s. pro, fuit cum patribus nostris.
G. legunt, in patribus nostris.
51 Dura ceruice & incircuncisis cordibus. Ms.
pro, incircuncisi cordibus. G. & s. legunt,
incircuncisi corde.
60 Clamauit voce magna, Domine ne. Ms. G.
pro, voce magna, dicens: Domine, &c.
s. legunt, voce alta, & dixit: Dñe, &c.

CAP. 8.

- 33 Quoniam tollitur de terra. Ms. G. s. pro, tol-
letur.
36 Ecce aqua, quid prohibet. Ms. G. pro, ecce
aqua, quis prohibet. s. habent, que pro-
hibitio est.
CAP. 9:
6 Ingredere ciuitatem, & dicetur tibi. Ms. G.
pro, & ibi dicetur tibi. sicut s. tamen ha-
bent.
20 Ingressus, in Synagoga pradicabat. Ms. G. ve-
rō & s. non habent ingressus, sed tantum,
Et continuō in Synagoga pradicabat, &c.
pro, ingressus in Synagoga, pradicabat, &c.
23 Consilium fecerunt Iudæi, vt. Ms. G. s. pro,
Iudæi in vnum vt.
34 Aenea, sanat te Dominus. Ms. G. s. pro, sanat.

CAP. 10.

- 11 Et videt cælum apertum. Ms. G. pro, vidit.
sicut s. tamen habent.
22 Accersire te in domum. Ms. pro, accersiri.
G. cum verbum habeant medium, vtro-
que reddi possunt modo. Syri, vt mit-
tens introducat te in domum suam.
30 At Cornelius ait. Ms. pro, & Cornelius ait.
sicut G. tamen habent. Syri eandem con-
iunctionem nunc pro &, nunc pro at v-
surpant.

CAP. 11.

- 28 Sub Claudio Cesare. Discipuli autem. Ms.
G. s. pro, sub Claudio. Discipuli autem.

CAP. 14.

- 1 Factum est autem Iconij. Ms. pro, in Iconio.
sicut tamen G. habent. s. verō Iconij hic
mentionem non faciunt.

VARIE LECTIONES

- 6 Euangelizantes erant. Et quidam vir Lystris.
Ms. G. s. pro, Euangelizantes erant. Et
commota est omnis multitudo in doctrina eo-
rum. Paulus autem & Barnabas morabantur
Lystris. Et quidam vir Lystris. Hæc ta-
men verba reperiuntur in quodam Græ-
co exemplari Italico Ms. & in multis La-
tinis.
16 Et letitia corda vestra. Ms. pro, nostra. sicut
G. tamen habent. s. verō legunt, corda
earum, f. gentium.
18 Et lapidato Paulo traxerunt. Ms. quibus G. &
s. magis consentiunt, pro, lapidantēque
Paulum.
18 Existimantes eum mortuum esse. Ms. pro,
estimantes. G. & s. habent, putantes.
25 Loquentes verbum Domini in Perge. Ms. G.
s. pro, in Pergē.

CAP. 15.

- 34 Visum est autem Silæ ibi remanere. Paulus
autem. Ms. pro, Visum est autem Silæ ibi
remanere. Iudas autem solus abiit Ierusalem.
Paulus autem Syri non solum illud omit-
tunt quod Ms. sed & hoc: Visum est autem
Silæ ibi remanere. Græca conueniunt cum
priori lectione. vnicum tamen Ms. Græ-
cum Italicum habet illa verba: Iudas autem
solus abiit Ierusalem.
41 Confirmans ecclesiās. Ea verō quæ sequuntur,
videlicet, Præcipiens custodire præcepta
Apostolorum & seniorum, quādam Ms.
non legunt, nec G. nec s.

CAP. 16.

- 1 Filius mulieris cuiusdam Iudææ. Ms. G. s. pro,
mulieris Iudææ.

CAP. 17.

- 22 Per omnia quasi supersticiosos vos video.
Ms. G. pro, supersticiosos. s. quoque super-
stitionis eminentiam indicant, legentes, vi-
deo vos inter omnia nimios esse in cultu
dæmonum.

CAP. 18.

- 10 Ego sum tecum, & nullus nocere poterit tibi.
Ms. s. pro, & nemo apponetur tibi, vt noceat
te. quomodo tamen G. ad verbum ha-
bent.

CAP. 19.

- 9 Maledicentes via coram multitudine. Ms.
pro, maledicentes viam Domini. s. habent,
viam Dei. G. verō viam habent: sed nec
Dei, nec Domini.
11 Virtutesque non quilibet faciebat. Ms. G. s.
pro, virtutesque non modicas quilibet fa-
ciebat.
16 Ita vt nudi & dilacerati effugerent. Ms. pro,
& vulnerati. sicut tamen G. & s. habent.
20 Crescebat verbum Dei & confortabatur. Ms.
pro, verbum Domini & confirmabatur. G.
habent, verbum Domini crescebat & domi-
nabatur. s. verō sic legunt, Inualescebat
progressusque faciebat fides in Deum.
23 Turbatio nō minima de via. Demetrius, &c.
Ms. G. pro, de via Domini. Demetrius, &c.
s. habent, propter viam Dei.

CAP. 20.

- 4 Comitatus est autem eum vsque in Asiam So-
pater Pyrrhi. Ms. G. s. pro, comitatus est
autem eum Sosipater Pyrrhi.
7 Paulus disputabat eis, profecturus. Ms. G. pro,
disputabat cum eis. Syra habent, verba fa-
ciebat ad eos.
14 Cum autem conuenisset nos in Asson. Ms. pro,
inuenisset, vel, conuenissemus in Asson. G. ma-
gis videntur habere, Cum autem obuisset,
vel, coniunctus esset nobis in Asson. s. vt au-
tem recepimus eum, ex Theso, &c.
15 Et sequenti venimus Miletum. Ms. G. pro,
& sequenti die venimus. sicut s. tamen ha-
bent. Addunt quoque hic G. & s. & substi-
tutus Togillij, & sequenti, &c.
29 Lupi graues in vos. Ms. G. pro, lupi rapaces

in vos. s. habent, lupos efferos.

- 33 Argentum aut aurum. Ms. G. s. pro, argentum
& aurum.

CAP. 21.

- 7 Nauigatione expleta. Ms. G. pro, explicita.
8 Qui erat de septem. Ms. G. pro, qui erat vnus
de septem, sicut s. tamen habent.
16 Mnasonem quendam. Ms. G. s. pro, Iasonem
quendam.

CAP. 22.

- 12 Ab omnibus habitantibus Iudæis. Ms. s. pro,
cohabitantibus in Damasco Iudæis. G. tamē
habent, in Damasco.
16 Et ablueri peccata tua. Ms. s. pro, ablue. G. cum
verbum habeat medium, vtroque possunt
verti modo.
28 Hanc ciuitatem consecutus. Ms. pro, ciuita-
tem. sicut tamen G. magis videntur ha-
bere.

CAP. 23.

- 9 Et surgentes quidam Phariseorum. Ms. G. pro,
exurgentes. G. vtroque modo licet vertere.
Addunt hic G. & s. Surgentes quidam Scri-
bae ex partibus Phariseorum.
13 Plus quam 40. qui hanc. Ms. G. pro, plus
quam 40. viri qui, &c. vt s. tamen ha-
bent.
17 Adolescentem hunc perduc ad, &c. Ms. pro,
adduc. G. & s. magis habent, abducito.
23 Et conuocatis duobus. Ms. pro, vocatis. G. &
s. magis habent, aduocatis.
24 Vt imponentes Paulum, eum saluum. Ms. s.
pro, Paulum saluum, quo modo G. tamen
habent.
25 Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi & oc-
ciderent, & ipse postea calumniam sustineret,
tanquam accepturus pecuniam: totum hoc
negligunt quādam Ms. G. & s.
35 Cum & accusatores tui. Ms. G. pro, cum ac-
cusatores. quomodo s. tamen habent.

CAP. 24.

- 5 Et concitantem seditiones omnibus. Ms. pro,
seditionem, quomodo tamen G. & s. ha-
bent.
6 Quem apprehendimus, a quo poteris ipse iu-
dicans. Ms. quādam pro, Quem & appre-
hensum, volumus secundum legem nostram
iudicare. superueniens autem Tribunus Ly-
sius, cum vi magna eripuit eum de manibus
nostris, iubens accusatores eius ad te venire: a
quo poteris ipse iudicans. G. verō & s. hæc
omnia habent, immō & versui 7. nonnul-
la verba addunt. Manuscriptis autem in eo
consentiunt, quod legant, Quem appre-
hendimus, pro, quem & apprehensum.
14 Sic deseruio patri Deo meo. Ms. G. pro, patri.
s. colere Deum patrum meorum.
18 Hanc versus 18. partem, videlicet, Et appre-
henderunt me, clamantes & dicentes: Tolle
inimicum nostrum, omittunt tum Ms. tum
G. tum s.

CAP. 25.

- 26 Quod pecunia daretur a Paulo. Ms. pro, pe-
cunia ei daretur. G. & s. habent, sibi.

CAP. 26.

- 7 In quam duodecim. Ms. G. s. pro, in qua.
14 Saul, Saul, quid me persequeris. Ms. G. s. pro,
Saul, Saul, quid, &c.
17 Eripiens te de populo &. Ms. G. s. pro, de po-
pulis &.
11 Comprehensum me tentabant interficere.
Ms. G. s. pro, comprehensum tentabant,
volentes me interficere. G. tamen non ha-
bent me.
26 Constante loquor. Ms. G. s. pro, eloquor.
31 Dignum quid facit homo iste. Ms. G. pro,
fecit. sicut tamen Syra habent.

CAP. 27.

- 2 Nauem Adrumetinam. Ms. pro, Adramytenam.
G. habent, Adramytenam. s. verō legunt,
nauigium quod erat ex Adramanto.

2 Nauem

9 Eo quod & ieiunium. ms. g. pro, eo quod ieiunium.

CAP. 28.

- 4 Qui cum euaserit de mari. ms. pro, euasit. g. quem saluatum ex mari, &c.
6 Diu autem illis sperantibus. ms. pro, expectantibus, sicut tamen s. habent. g. vero utroque modo possunt uerbi.
26 Et dic ad eos. ms. g. pro, & dic: Aure, &c. s. habent, & dic eis.

IN EPISTOLA D. PAULI AD ROMANOS.

CAP. I.

- 3 Qui factus est ex femine Dauid. ms. g. s. pro, est ei ex femine.
13 Habeam & in uobis. ms. s. pro, habeam in uobis. sicut g. tamen habent.
18 Qui ueritatem in iniustitia detinent. ms. g. s. pro, qui ueritatem Dei in iniustitia, &c.
20 Diuinitas: ut sint inexcusabiles. ms. g. pro, ita ut sint inexcusabiles. sicut s. tamen habent.
25 In mendacio. ms. g. pro, in mendacium.
28 Ut faciant ea quae non conueniunt. ms. s. pro, quae non conueniunt. sicut g. tamen habent.
32 Non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt. ms. g. s. pro, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt.

CAP. 2.

- 1 Eadem enim agis qui iudicas. ms. g. pro, quae iudicas. sicut s. tamen habent.
5 In diem irae. ms. s. pro, in die irae; sicut g. tamen habent.
12 Sine lege & peribunt. ms. g. s. pro, sine lege peribunt.
18 Et nosti uoluntatem, & probas. ms. g. pro, uoluntatem eius, &c. sicut s. tamen habent.

CAP. 3.

- 6 Iudicabit Deus mundum. ms. s. pro, Deus hunc mundum.
27 Vbi est ergo gloriatio? exclusa est. ms. g. s. pro, gloriatio tua? exclusa est.
30 Qui iustificabit circumcissionem. ms. g. pro, iustificat. sicut s. tamen habent.

CAP. 4.

- 5 Reputatur fides eius ad iustitiam. Sicut & Dauid, &c. ms. g. s. pro, ad iustitiam, secundum propositum gratiae Dei. Sicut & Dauid, &c.
9 In circumcissione, an etiam in praepotio? ms. g. s. pro, in circumcissione tantum manet, an etiam, &c.
16 Ut secundum gratiam, ut firma sit. ms. g. s. pro, secundum gratiam firma sit.
17 Ante Deum, cui credidit qui. ms. g. pro, credidisti. sicut s. tamen habent.
18 Secundum quod dictum est, sic erit. ms. g. s. pro, dictum est ei, sic erit.
18 Sic erit semen tuum. Et non infirmatus. ms. g. s. pro, sic erit semen tuum, sicut stella calis, & arena maris. Et non infirmatus.
19 Corpus suum iam emortuum. ms. g. pro, corpus suum emortuum. ut tamen s. habent.

- 23 Quia reputatum est illi. Sed & propter nos. ms. g. pro, est illi ad iustitiam. Sed &, &c. sicut s. tamen habent.
24 Qui suscitauit Iesum Dominum nostrum. ms. g. pro, Iesum Christum Dominum nostrum, sicut s. tamen habent.

CAP. 5.

- 2 Habemus accessum fide in gratiam istam. ms. g. pro, habemus accessum per fidem in gratiam istam.
13 Peccatum autem non imputatur cum lex non est. ms. g. pro, non imputabatur, cum lex non esset.
16 Et non sicut per unum peccantem. ms. pro, per unum peccatum, sicut s. tamen habent. g. vero legunt, Et non sicut per v-

IN LATINIS BIBLIIS.

num qui peccauit: habent enim Aoriston participij.

17 Si enim in unius delicto. ms. pro, si enim unius delicto. sicut g. tamen habent. s. vero legunt, Nam si propter unius delictum.

20 Superabundauit gratia. ms. g. s. pro, superabundauit & gratia.

21 Peccatum in morte: ita. ms. g. s. pro, in mortem.

CAP. 6.

16 Nescitis quoniam cui. ms. g. s. pro, An nescitis.

21 Quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus. ms. g. pro, tunc in illis, in quibus.

CAP. 7.

2 Si autem mortuus fuerit uir, liberata est, &c. ms. g. pro, uir eius, liberata est, &c. sicut s. tamen habent.

2 Liberata est a lege. ms. s. pro, soluta est. sicut tamen g. magis habent.

3 Liberata est a lege, ut non sit. ms. g. s. pro, a lege uiri, ut non sit.

CAP. 8.

7 Sapientia carnis inimicitia est in Deum. ms. g. s. pro, inimica est Deo.

7 Legi enim Dei non subicitur. ms. g. s. pro, non est subiecta.

10 Spiritus uero uita. ms. g. s. pro, uiuit.

10 Spiritus uero uita propter iustitiam. ms. g. s. pro, iustificationem.

20 Subiecit eam in spem. ms. pro, in spe.

23 Adoptionem filiorum expectantes. ms. g. s. pro, filiorum Dei expectantes.

34 Qui & est ad dexteram. ms. g. s. pro, qui est ad.

35 Quis nos separabit. ms. g. s. pro, quis ergo nos.

CAP. 9.

4 Et gloria, & testamenta, &c. ms. g. s. pro, testamentum.

6 Non enim omnes qui ex Israel, Israelitae sunt. ms. g. s. pro, non enim omnes qui ex circumcissione sunt Israel, ij sunt Israelitae.

10 Non solum autem, sed & Rebecca. ms. g. s. pro, non solum autem illa, sed.

10 Ex uno concubitu habens Isaac patre nostro. ms. Graeca, ex uno concubitu habens Isaac patre nostro. Syra, cum unius patris nostri Isaac habuisset consuetudinem.

31 Israel uero sectans legem iustitiae. ms. g. pro, sectando.

CAP. 10.

8 Sed quid dicit: Prope est. ms. g. s. pro, sed quid dicit scriptura? prope est.

13 Omnis enim qui inuocauerit. ms. g. pro, omnis enim quicumque inuocauerit.

16 Sed non omnes obediunt Euangelio. ms. g. s. pro, obediunt.

CAP. 11.

5 Secundum electionem gratiae factae sunt. ms. g. pro, gratiae Dei saluae factae sunt. s. quidem non habent Dei, sed residuum relictum est; seu remansit secundum electionem gratiae.

19 Dices ergo. ms. g. s. pro, dices ergo.

CAP. 13.

1 A Deo ordinatae sunt. ms. g. s. pro, ordinatae sunt.

5 Ideo necessitati subditi estote. ms. g. pro, ideoque necessitate. s. necesse est nobis ut subiciamur.

10 Dilectio, proximo malum non operatur. ms. s. pro, proximi, sicut g. tamen habent.

14 Sed induite Dominum Iesum. ms. s. pro, induimini. g. possunt utroque uerbi modo.

CAP. 14.

2 Oluus manducat. ms. g. s. pro, manducet.

9 Christus & mortuus est. ms. g. s. pro, Christus mortuus est.

11 Mihi flectet omne genu. ms. g. s. pro, flectetur.

19 Et quae aedificationis sunt inuicem. Noli pro-

pter. ms. g. s. pro, inuicem custodiamus. Noli propter.

CAP. 15.

12 In eo gentes sperabunt. ms. g. pro, in eum. s. super eum sperabunt.

13 In spe, in uirtute. ms. g. s. pro, & uirtute.

16 Oblatio gentium accepta, sanctificata. ms. g. pro, accepta & sanctificata. sicut s. tamen habent.

18 Quae per me non effecit. ms. g. s. pro, non effecit.

30 Et per charitatem spiritus. ms. g. s. pro, & per charitatem sancti Spiritus.

CAP. 16.

23 Hospes meus & uniuersa ecclesia. ms. g. s. pro, & uniuersa ecclesia.

27 Cui gloria in secula seculorum, Amen. ms. g. s. pro, cui honor & gloria. g. tamen & s. non habent. cui. g. uero etiam seculorum omittunt.

IN PRIORE D. PAULI AD CORINTHIOS EPIST.

CAP. I.

- 10 Sitis autem perfecti eadem mente, & eadem sententia. ms. s. g. pro, perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. g. tamen utrobique habent praepositionem in.
20 Vbi conquistor huius seculi. ms. g. pro, inquistor.

CAP. 2.

- 1 Veni non per sublimitatem sermonis. ms. pro, in sublimitate. g. habent, per, vel secundum sublimitatem.
12 Non spiritum mundi accepimus. ms. s. pro, huius mundi.

CAP. 3.

- 4 Nonne carnales estis? ms. g. s. pro, nonne homines estis?
11 Qui est Christus. ms. g. pro, quod est Christus.
13 Dies enim declarabit. ms. g. s. pro, dies enim Domini declarabit.

CAP. 4.

- 8 Et uinam regnaretis. ms. pro, regnetis.
8 Et nos uobiscum regnaremus. ms. pro, regnaremus. sicut tamen g. habent.

CAP. 5.

- 7 Expurgate igitur uetus. ms. g. pro, expurgate uetus.

CAP. 6.

- 11 Et haec quidam fuistis. ms. g. pro, quidem.
19 Quoniam membra uestra, templum est spiritus sancti. ms. pro, templum sunt spiritus sancti. g. & s. habent, Quoniam corpus uestrum, templum est spiritus sancti.

CAP. 7.

- 8 Si sic maneant, sicut & ego. ms. g. pro, permanserint, vel permaneant.
11 Et uir uxorem ne dimittat. ms. pro, non.
24 In hoc maneat apud Deum. ms. g. pro, permaneat.

36 Non peccat, nubat. ms. g. s. pro, non peccat, si nubat. g. habent, nubans.

CAP. 9.

- 2 Si aliis non sum Apostolus. ms. g. pro, & si aliis. sicut s. tamen habent.
5 Nunquid non habemus potestatem, mulierem sororem. ms. g. s. pro, mulierculam.
13 Edunt: qui altari. ms. g. pro, edunt: & qui.

CAP. 10.

- 17 Nam omnes de uno pane. ms. g. s. pro, omnes qui de uno.
28 Hoc immolatum est idolis. ms. pro, hoc immolatum est idolis. g. unum nomen habent, uidelicet eidōlōdutos.

29 Iudicatur ab alia cōscīētia. ms. g. s. pro, aliena.
31 Sive bibitis, sive quid facitis. ms. g. s. pro, sive bibitis, uel aliud quid facitis.

CAP. 11.

- 6 Si non uelatur mulier & tondeatur. ms. g. s. pro, mulier, tondeatur.
7 Non debet uelare caput: quoniam. ms. g. pro, caput

- caput *sum*: quoniam sicut s. tamen habent.
 16 Neque ecclesia Dei. MS. G. pro, ecclesia, sicut s. tamen habent.
 27 Vel biberit calicem. MS. G. pro, & biberit.

CAP. 12.

- 3 Dicit anathema Iesum. MS. G. S. pro, Iesu.

CAP. 13.

